

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Decisio XI. Privilegia quandō dicantur personalia. Et an privilegium  
redactum ad jus commune, habeat aliquem effectum. Reverend. P.D.  
Coccino. Pampelonen. Decimarum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

num. 3. ex quibus ita decisum unanimitate non constare de causa restitutionis in iugum. Et licet ex predictis non videretur adesse aliquis excessus in sententia quod omnia quinque loca & casalia, de quibus in ea, Dominii tamen pro sua prudentia maturitate reservarunt, ut de hoc particulariter videretur.

## DECISIO XI.

Privilegia quando dicantur personalia. Et an privilegium redactum ad jus commune habeat aliquem effectum.

Reverend. P. D. Coccino.

Pampelonien. Decimorum.

Veneris 18. Decembris 1615.

Ego in n.  
con. de.  
cij 72.  
par. 1.

**F**uit resolutum, privilegia concessa Ordini Cisterciensi non suffragari colonis, & arrendatariis, quia sunt personalia pro rebus, ut patet ex verbis privilegii Sixti IV. in quo referuntur alia privilegia, ibi: singulare personas dicti Ordinis à præstatione decimarum tam de possessionibus habitis ante & post concilium, quam de cætero habendis &c. quæ propriis sumptibus excolunt & excolent &c. talia enim appellantur privilegia personalia pro rebus, quæ exigunt solùm, quod res propriis manibus aut sumptibus coluntur, & quando colono partiaro traduntur, eximitur pars privilegiorum tantum, & si locenter ad pecuniam in nilio sunt exempta, Rota decis. 4. de privil. in antisq. Part. decis. 510. lib. 2. in novis, qui loquitur in terminis, Rota decis. 23. num. 4. Et seq par. 1. diversi glossi in clement. i. ver. excolendas de decimis. Et ibi Bellamer. n. 240. Et 241. Et fuit resolutum in Carthaginen. decimorum 10. Novemb. 1600. coram bon. mem. Penia.

Neque obstar, quod sancte mem. Pius V. concessit privilegium reale mendicantibus, quod extendit etiam ad Ordinem Cisterciens. ut in ejus constitutione 38. quia hoc privilegium fuit reductum ad terminos juris per Gregorium XIII. ut in ejus constitutione incip: In tantarum & negotiorum mole. Quæ perinde est, ac si non

Si non emanasset, ut fuit i<sup>r</sup> solutum in causa Albanen. beneficiorum coram Illastrissimo  
D. Cardin. Lancellotto, & in Signinacastrorum coram R.P.D. meo Buratto, & alias  
Ipsius, ex quo remanent solum privilegia, quae referuntur in constitutione Sixti  
VII. quae sunt personalia pro rebus, & ideo non suffragantur colonis & arrendata-  
nis, ut supra dictum est. &c.

## DECISIO XII.

Privilegium concessum militia & ejus hospita-  
libus non extenditur ad hospitalia separata  
& sine militia.

R. P. D. MANZANEDO.

Cordubensis. Decimorum 13. Maii 1616.

E. S. inter  
recons.  
decis. 27.  
par. 4.  
com. 2.

## S U M M A R I U M.

- 1 Privilegium concessum uni militia & e-  
jus hospitalibus, non suffragant ho-  
spitalibus à dicta militia non depen-  
dentiibus, & militia qualitate non pro-  
bata.
- 2 Procurui verba in privilegiis arguun-  
tem concedentis, & denoniant can-  
sam finalem.
- 3 Privilegium concessum militia & ho-  
spitale, non videtur concessum be-  
nitalis sine militia.
- 4 Legatum factum medicis & doctort-  
ibus non requiri concursum urinis-  
que qualitatis.
- 5 Utima voluntas latam recipit inter-  
pretationem.
- 6 Decimorum exemplio est materia o-  
diosa, & scribble intelligenda.
- 7 Privilegium concessum intuimus aliqui-  
us persona ex verisimili mente con-  
cedentis non comprehendit separata-

Fuit